

# ANALEKTEN.

1.

## Jüdische Proselyten im Mittelalter.

Von

Ernst Dümmler.

Unter der Regierung Ludwigs des Frommen machte es das grösste Aufsehen und erregte wahres Entsetzen, dass ein am Hofe wohlgelittener Diaconus aus Schwaben, Bodo, im Jahre 838 zum Judentum abfiel, sich verheiratete, seinen Neffen gleichfalls zum Uebertritte zwang und als Eleazar sich unter dem Schutze der spanischen Araber in Saragossa niederliess. Ja sein Eifer für den neuen Glauben war so gross, dass er sogar den Emir von Cordova zur Verfolgung und Ausrottung der spanischen Christen zu verhetzen suchte <sup>1)</sup>.

Von einem ähnlichen Abfalle, der freilich viel unbemerkter geblieben ist, gibt die nachfolgende Aufzeichnung Kunde. Ich entnehme sie dem Codex der Laurentiana zu Florenz Plut. LXXXIX super. 15, der nach Bandini <sup>2)</sup> zuletzt von Bethmann (Pertz, Archiv XII, 722) beschrieben wurde. Hinter dem lateinischen Dionysius Areopagita ist von einer Hand des elften Jahrhunderts auf Fol. 104 dies Stück ohne Ueberschrift eingetragen. Die Zeit der Niederschrift ist hier auch als die Zeit der Abfassung anzusehen und am nächsten läge es wol bei dem Könige Heinrich,

<sup>1)</sup> Alle Nachrichten über Bodo sind erschöpfend zusammengestellt bei Simson, Jahrbücher des fränkischen Reiches unter Ludwig dem Fr. II, 252—254.

<sup>2)</sup> Catalogus bibliothecae Mediceo-Laurentianae, Codic. latini III, 263 (a. 1776).

der später (Weihnachten 1046) Kaiser wurde, an Heinrich III. zu denken. Unter diesem gab es einen Herzog Conrad von Baiern, ernannt 2. Februar 1049, abgesetzt 1054, wobei nur der Umstand störend ist, dass er erst unter der kaiserlichen Regierung Heinrichs Herzog wurde. Vielleicht dürfte man also mit grösserem Rechte an den im Jahre 1039 verstorbenen Herzog Conrad von Kärnten, den Vetter Conrads II., denken, da das Verhältnis Weccilins zu ihm in eine etwas frühere Zeit fallen kann. In Bezug auf den Ort der Bekehrung werden wir vielleicht auch hier an Spanien denken dürfen, weil der Angriff des Abtrünnigen auf das Christentum einen gesicherten Aufenthalt voraussetzt. An Verkehr mit diesem Lande fehlte es damals durchaus nicht; so erzählt z. B. Petrus Damiani (Opusc. 45, c. 6) von einem gewissen Walter, einem Genossen seines Lehrers Ivo, dass er aus Wissensdurst ungefähr dreissig Jahre hindurch von einem Lande zum andern gezogen sei, „et non modò Teutonum, Gallorum, sed et Saracenorum quoque Hispaniensium urbes oppida simul atque provincias penetraret“. Ueber den Inhalt der Polemik selbst muss ich den Sachverständigen das Urteil überlassen.

In diebus Heimici regis, qui postea benedictione apostolica imperator effectus est, quidam Weccelinus, qui fuerat ducis Cuonradi clericus, illusionem diabolicam seductus errori Iudaeorum consensit, et contra Christum eiusque sanctae aeccliesiae stabile firmamentum epistolam ausus est eructuare. Hoc audiens rex nimia, ut iustum fuit, conturbatione concunctus est atque illius iussione unus discipulorum suorum nomine Heinricus predictum apostatam veracissimis sacrae scripture testimoniis, ut eius epistola affirmat, falsa verba in Christum eiusque sanctos dixisse devicit.

Verum referre nunc volo de illo apostata, qui relicta religione clericatus in <sup>1)</sup> perfidorum voraginem <sup>2)</sup> incidit Iudaeorum. Sed in ipsa relatione exsolvenda totus contremesco et horrentibus pilis capitis terrore concutior, diabolum potuisse homini persuadere, ut tantas sordes ausus esset contra Christum et sanctos eius iactasse. Scripserat enim funestis litteris infelicissimus ille.

„Quid contradicis iusto, insipiens? Lege Abacuc prophetam in quo deus dixit: Ego sum deus et non mutor <sup>3)</sup>. Si ille secundum vestram maledictam fidem mutaretur et mulieri commiseretur, principium verborum suorum non esset veritas. Dixit deus ad Moysen: Non enim videbit me homo et vivere potest <sup>4)</sup>. Quem filium hominis pretermisit? Dicit enim David propheta:

1) im Hs.

2) uoragionem Hs.

3) Malac. 3, 6.

4) Exod. 33, 20.

Nolite confidere in principibus in filiis hominum, in quibus non est salus <sup>1)</sup>. Et Ezechiel qui ab Hieremia hoc protulit: Maledictus homo qui confidit in homine et ponit carnem brachium suum. Erit enim quasi myrice in deserto et non videbit fructum, cum venerit bonum <sup>2)</sup>. Quid contrahiscis animal? Quem filium hominis pretermisit? Num Petrum et Iohannem atque Martinum et alios daemones, quos sanctos vocatis? In omnibus locis legitur deus Israel et non deus gentium. Ubi est vester sensus? Dicit David: Memor erit dominus in seculum testamenti sui verbi <sup>3)</sup>, quod mandavit in mille generationes, quod disposuit ab Abraham et iuramenti sui ad Isaac <sup>4)</sup>. Hoc est lex sua sancta et circumcisio quam dedit Moysi servo suo.“

### Heinrici epistola.

„Respondere calumpniae tuae, o Iudaeae incredule, quam ex blasphemo ore in Christum eiusque sanctos nunc noviter evoluisti, cuique in militia christiana instructo facile esset, si non facilius esset saxa in molliem <sup>5)</sup> posse converti, quam corda vestra ad recipiendam veritatem discindi. Quippe cum et illa auctorem suum morientem scissa recognoverint, et tamen adhuc insensibilitas cordis vestri, quamvis elisa, quamvis prostrata, in duritia inveteratae iniquitatis perseveret, et licet per coeternam dei sapientiam, qua mundus et mirabiliter est conditus et mirabilius reformatus, obstructum est os loquentium iniqua <sup>6)</sup> et iniquitas vestra mentita sit sibi <sup>7)</sup> toto seculo verbisque prophetarum et exemplis sanctorum eluceat; quamvis sit dampnata infidelitatis vestrae ceca impietas et quam glorificata assumptae in Christo mortalitatis infirmitas. Tamen quoniam adhuc non desperat de machinationibus suis Iudaicae malignitatis obstinata improbitas et ad confutandam christianam religionem sceleratos fastu immurmurat et per exempla patrum dictaque prophetarum stantem florentemque ecclesiam ipsa iam totiens devicta et omnino prostrata iterum ad certamen provocat, aggrediamur eos dante et iuvante ipsa dei sapientia verbo dei dei filio eoque primum lapide lapidea corda feriamus, quem Danihel propheta, ut dicitis vester immo noster, vidit sine manibus de monte concidi et implere universum mundum <sup>8)</sup>. Ait enim: Aspiciebam in visu noctis

1) Psal. 145, 2.

2) Ierem. 17, 5. 6.

3) Psal. 110, 5.

4) Psal. 104, 8. 9.

5) molliem Hs.

6) Psal. 62, 12.

7) Psal. 26, 12.

8) Dan. 2, 34. 35.

et ecce in nubibus caeli filius hominis venit et datum est ei regnum et honor et omnes populi tribus et linguae servient ei <sup>1)</sup>. Quid nunc infelix? Ecce filius hominis. De quo aetiam et David dicit: Eructuavit cor meum verbum bonum <sup>2)</sup>. Idemque: Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te <sup>3)</sup>. Idemque: Omnia in sapientia fecisti <sup>4)</sup>. Et Salomon: Dominus possedit me initio viarum suarum <sup>5)</sup>. Sed quoniam non de aeterna Christi nativitate <sup>6)</sup>, in qua semper fuit patri aequalis <sup>7)</sup>, sed de temporali, in qua, sicut David clamat, minoratus est paulo minus ab angelis <sup>8)</sup>, cum Iudaeo nobis sermo est, audiamus quid dicat et obiectioni eius sequefter respondeamus. Dicis Iudae: Quare contradicis iusto, insipiens? Primum velim, mihi respondeas: Quem dicis iustum, te aut prophetam? Si prophetam, assentior, tamen in eo, quod illi me non contradicere ostendam, te mentitum esse iure convincam. Si vero te dicis iustum, quem constat prius esse mentitum, nescio quo pacto obtinebis iustitiam, quem mendacii polluit macula. Neque legis tuae congruenter simul poteris assertor et prevaricator dicentis: Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium <sup>9)</sup>. Quod si uti premisi prophetae non contradicam, cum ipse pro me dicat, et quae tu tibi contra me comparaveris arma, his tibi laetalia infligam vulnera, quoniam intulisti proximo tuo falsum testimonium contra legis preceptum, legis incurris reatum. Reatus autem trahet te ad poenam, poena vero perducet te usque ad mortem. Sed videamus sequentia. Infelix Iudae, quem vocas insipientem? Num nos credentes in crucifixum, qui factus quidem est vobis lapis offensionis et petra scandali? <sup>10)</sup> Quoniam quidem lapidem quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli <sup>11)</sup>. A domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris. Ergo nos insipientes et vos sapientes estis. Tamen per stultitiam predicationis iam mundi superbia cecidit et in frontibus regum crucis videtis tropaeum. Quia quae stulta mundi sunt, elegit deus, ut confundat fortia <sup>12)</sup>. Ac per hoc libenter amplectimur stultitiam crucis Christi qui credidimus nos perventuros ad gloriam Christi.

1) Dan. 7, 13. 14.

2) Psal. 44, 2.

3) Psal. 2, 7.

4) Psal. 103, 24.

5) Prov. 8, 22.

6) navitate Hs.

7) Ioh. 5, 18.

8) Psal. 8, 6.

9) Exod. 20, 16.

10) 1 Petr. 2, 8.

11) 1 Petr. 2, 7.

12) 1 Cor. 1, 28.

Sed quid surdo narro fabulam? Aut quid ecco appono lumen vel Iudaeo euangelium predico? Redeamus ad sequentia. Inquis: Lege Abacuc prophetam, non in quo ut tu dicis, sed per quem ipse deus dicit: Ego sum deus et non mutor. Praemisi tibi, Iudaeae, testimonio Abacuc nullatenus me contradicere et non solum Abacuc sed et omnium prophetarum et legis documenta me dico suscipere, quia eum colo, qui non venit solvere legem sed adimplere <sup>1)</sup>. Dixit deus per Abacuc: Ego sum deus et non mutor <sup>2)</sup>. Et hoc firmiter credit christiana religio. Quod vero subsecutus es: Si ille secundum vestram maledictam fidem mutaretur et mulieri commiseretur, principium verborum suorum non esset veritas. Quid mirum est, cum caecus sis, si non vides lucem illam, quam non vident nisi qui mundo sunt corde <sup>3)</sup>? Immo cum more frenetici contra medicum resillas et sanare te volenti maledicta et convicia opponas? Tam enim excelsa et profunda sunt incarnationis Christi misteria, quomodo verbum dei incommutabiliter apud deum patrem semper manens carnem de virgine sumpsit, naturamque nostram suae univit, quod nemo haec capit, nisi qui spiritualiter sapit, nemo sapit nisi deo donante capiat, quo donante credit qui nondum capit. Nisi enim credideritis, inquit propheta, non intellegetis <sup>4)</sup>. Ergo credenti colligitur meritum, videnti reddetur premium, quoniam si vides, non est fides. Quandiu enim peregrinamur in huius mundi tenebris, fide mundantur corda eorum, qui deum visuri sunt.“

## 2.

## Pseudo-Zabarella's „capita agendorum“ und ihr wahrer Verfasser.

Von

Lic. th. Dr. P. Tschackert,  
Privatdocent in Breslau.

Unter den Italiänern, welche auf den Reformconcilien von Pisa und Constanz eine hervorragende Tätigkeit entfaltet haben,

1) Matth. 5, 17.

2) Malac. 3, 6.

3) Matth. 5, 8.

4) Isai. 7, 9.